



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Industria XVI. Vari genera Examinum utilium ad profectum proponuntur,
quæ ad normam superiorum fieri possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

Porrò Examen hoc etſi prævio aliquo uſu poterit non multum temporis abſumere, tamen etiam poterit ad pauciora capita, contrahi, pro cuiusque arbitrio. Quin imò poterunt initio pauca de primis aſſumi, tum ad alia aliaque capita ſenſim progreſſus fieri.

Cæterùm extra dubitationem eſſe debet. Huius Induſtriæ uſum, hoc eſt hanc horariam diligentiam, atque hanc in horas vivendi, omniaque tanquam ultimæ ſint horæ ultima opera, peragendi conſuetudinem, & exercitationem, eſſe maximè ad promovendam in animo perfectionem accommodatam, atque efficacem, dummodo non defatigemur in opere bono, ſed abundemus magis, quoniam labor iſte horarius eſt, præmium verò æternitatis beata eſt.

INDUSTRIA XVI.

Varia genera Examinum utilium ad profectum proponuntur, quæ ad normam ſuperiorum fieri poſſunt.

Induſtriâ præſenti, tantùm enumerationem complectar variorum Examinum quæ ad profectum in virtute, & ad evitacionem plurimorum in vita quotidiana defectuum, plurimum juvare ſpiritualem negotiatorem poterunt, ſi iis exercere ſeſe voluerit. Tale eſt.

EXAMEN I. Super ordinem temporum & actionum diurnarum, in quo homo diſpiciat, quomodo ab hora ſurgendi, uſque ad decumbendi horam, omnes ordinate, (ſuppono autem ordinate illi eſſe, tum à Communitate, tum ab illomet ipſo) vixerit, & in occupationibus à ſe præ-

præ-

præscriptis traduxerit. Si quam negligentiam à se commissam perspexerit, impunitam non dimittet. Proponet emendationem, & causas inordinationis deinceps amovebit.

EXAMEN II. Super officium proprium quod quis gerit v. g. Superioris, Concionatoris, Professoris, discipuli, Janitoris, Coci &c. &c. In eo videbit; an officii sui omnes partes plenè juxta regulas officii, & Prudentiæ, juxta proposita, & observationes privatas proprias, juxta mentem Regularum quoad fieri poterit literalem, obierit, expleveritque. Atque similiter negligentiam detestabitur, corrigere proponet, pœnâ expiabit, supplebit, causas neglectus amovebit.

EXAMEN III. Super proposita Collectionis, sive annuæ, sive semestris, sive mensuræ, sive meditationum quotidianarum, sive quælibet alia, quavis occasione facta. In quo revideantur omnia, & videatur, an fiant? Cur non?

EXAMEN IV. Supra virtutum, mortificationum internarum, externarumque actus omnes, an tanto (quantus est propositus) numero, an diligenter & fructuosè, an verò obiter, perfunctoriè, & cur? exerciti, aut omissi sint. Consimilique ratione, dolore, pœnâ, emendatione, causarum impediendum amotione restaurentur defectus, & negligentia. Hoc genus Examinis particulari Examine conjungi potest. Imò materia ejus esse, vel potest, vel debet.

EXAMEN V. Super Regulas, observationes, & praxes, & proposita actionis cujuslibet majusculæ, (quod coincidit cum Examine Industriæ præcedentis.) v. g. Super praxes surgendi, medi-

medi
di, c
horas
inqu
negle
tur p
E
ea qu
præ
erun
curâ
dibil
Mate
quid
fecti
ctu
gle
cillir
nian
mus
Exa
stra
præ
vide
quâ
utric
men
sa, se
futu
rum
lius
mar
detu
quo

meditandi, ſtudenti, Sacri audiendi, vel dicen-
di, conſitendi, communicandi, cibi ſumendi,
horas canonicas dicendi, poteſt enim utiliter
inquiſi, an ſervata ſint omnia? quomodo? cur
neglecta? atque negligentia, merito expiaban-
tur pœna, dolore, emendationis propoſito.

EXAMEN VI. Agendorum; ſcilicet ſuper
ea quæ agenda ſunt hac die, hac hora ſequenti:
prævidendo nempè, & etiam proponendo, quæ
erunt agenda? quomodo? quo ordine? quæ
curâ? perfectione? Hæc enim præviſio incre-
dibile quantum ad profectum facit. Eſt revera
Mater omnis boni: ſicut ejus neglectus (qui
quidem eſt comuniſſimus etiam omnibus Per-
fectionibus ſtudioſis) eſt fons omnium defe-
ctuum, eſtque defectus Prudentiæ, atque ne-
glectus ejusdem; ex quo ſit ut tardiffimè, diffi-
cillimè, vel nunquam ad perfectionem perve-
niant innumeri perfectionis candidati. Et ſole-
mus quidem errores noſtros corrigere per
Examina ſubſequentia, poſt opera & acta no-
ſtra: nec revera præſtaret corrigere per Examina
præcedentia, utiliùs enim eſt & prudentiùs pro-
videre, ne aut vulnus aut damnum referas,
quàm poſt acceptum fortè vulnus vel damnum,
utrique, remedio opportuno ſuccurras. Exa-
men ſubſequens curat, & corrigit vitia commis-
ſa, ſed tamen commiſſa præcavet committenda in
futurum. At vero Examen præcedens Agendo-
rum, cavet, ne committantur, quod utique me-
lius eſſe nemo non videt. Magni ergo æſti-
manda eſt hæc praxis Examiniſ, atque uſus ejus,
deturque illi à ſpiritali Viro tempus ſemper ali-
quod in die, & quidem non unum, ſaltem du-
plex,

plex, nempè manè, deinde post meridiem. optandum verò esset, præmitti illud cuilibet actioni majusculæ, ita ut ante opus sit Examen, quomodo sit faciendum? post opus succedat Examen; quomodo sit opus factum?

EXAMEN VII. Super incidentia Coincidit cum præcedenti, tantum in hoc differt, quòd illud prævideat agenda ordinaria, & nota, istud prævideat agenda sed ignota, & respectu hominis casualia, insperata, aut saltem non sperata; unde & Incidentium examen dicitur; quia videlicet præter advertentiam accidunt, possunt tamen prævideri, vel sub hâc ipsâ ratione, quia prævideri non possunt, & potest sese animus contra talia armare, potest ex præteritis incidentiis opinari etiam hodie eventura, vel eadem, vel aliqua alia. Talia sunt, prævidere aliquod negotium, quod etsi nescitur eventurumne sit, scitur tamen evenire posse, quandoque solere. Item prævidere interventum ad se alicujus, eventuram sibi aliquam molestiam, aliquam difficultatem, ab intra, ab extra, ab hac illâve Personâ, occasione, circumstantiâ, &c. Talium incidentium possibilitium prævisio atque præmeditatio utilissima est: ad multa enim prodest, & inter alia ad præparationem mentis, ad pacis internæ conservationem, ad victoriam tentationum, ad vitandas tentationes præoccupantes usum Rationis, subitaneosque motus, &c. Unde inter magnas Dei gratias, hoc est reponendum, si cui hæc agendorum, incidentiumque Prævisio conceditur: talis enim semper in portu, semper in tranquillo navigat, vix unquam fluctuat, vix unquam tempe-

stati-

statibus
inde d
stato
comm

EX
Lueta
re rep
mus in
cum v
ration
dictan
luntas
ctatur
atque
dustri

I.
petatu
ris.
resiste
num e
sub pr
respec
indulg
nis, n

N
motiv
tation
Num
ea diu
bis sit
Ac
tum
famili
zere, I

statibus agitur, suus semper est, & Dei. Proinde debet spiritualis profectus candidatis & selectoribus hoc genus Examinis exercitii que esse commendatissimum.

EXAMEN VIII. Repugnantiaæ atque Lucta; quod ita voco, quia illius est, examinare repugnantias quotidianas, quas sentire solemus in nobis, in variis quotidianis occasionibus, cum volenda nolumus, nolenda volumus, aut ratione, conscientia, obedientia, charitateque dictante, sensus tamen noster, vel perversa voluntas, vel consuetudo passione rebellis obluetur, quam obluetationem expedit vincere, atque super hanc victoriam examinis etiam Industriam uti.

1. Ut de more agantur gratia. 2. Lumen petatur. 3. Percurrantur actiones acti temporis. Ut videatur in unaquaque, num quæque resistentia fuerit & obluetatio in nobis indebita? num ei cefferimus? an succumbuerimus? ut fit sub prætextu compensationis alio tempore, aut respectu aliquo, aut affectu, aut fragilitate, aut indulgentia, aut excusatione absentis obligationis, nulliusque peccati aut malitia, &c.

Num verò restiterimus, quam strenue, quo motivo, quam in puncto, an cum mora, consultatione, dialogismo, atque propensionibus? Num causam dederimus isti obluetationi? Num ea diuturna, num frequens, num antiqua, in nobis sit? inveteraveritne per nostram desidiam?

Ad hoc proderit habere descriptum, paratum indiculum harum repugnantiarum nobis familiarium, quem in præsentem expediet decurrere, habet enim (ut docet experientia) unusquis-

quisque Sanctus & fervens, & perfectus, suas repugnantias quotidianas in se, in suis quotidianis operibus, ad quas quandoque superior, quandoque inferior, plus minus, pronus vel robustus infirmusque esse noscitur, & hoc quidem fieri solet in minutulis rebus, &c. 4. Percussis modo jam dicto, actionibus, atque passionibus & repugnantis, intra illas habitis, quantum nos culpabiles, & quoties reperiemus tantum, & toties culpas dolore, detestatione, confusione, confessione, emendationis serio ac firmo & longiusculo proposito, poena, actione, passioneque opposita expiabimus. 5. Motiva quibus nos, ad victoriam nostri, & ad expulsionem harum oblectationum ex nobis, extimulemus, saltem strictè expenduntur. Quae sunt. 1. Quod his succumbere nos Deus nolit, & contristetur, si succumbamus, nec voluntatis ejus gustum expleamus. 2. Quod in puerilibus Luctis adhuc vel versemur, vel etiam hallucinemur, & fortasse veterani milites, ac in opinione hominum consummati, etiam Magistris spiritus, in qualibus luctis pueros, & tirones versari nobis mirum, indignum, & miserum videri solet. 3. Quod talibus navis nostra bona opera, atque proposita, & communia inquinari absurdum & turpe sit: tales enim navi impediunt, ne & nos, & opera nostra nobiscum in conspectu Divinorum oculorum apparere possint. 4. Accedit his poena Purgatorii, cujus reatum infallibilem, per hæc contrahimus. 5. Similiter Insultatio & recreatio hostium nostrorum demonum, quam ex his nostris hallucinationibus habent, cum quotidie vident nos cespitare, in

his
mus
his
tant
succ
riore
perfe
stri, c
tur c
& ma
non e
cund
H
penfi
nitud
excru

Rati

AD

& ant
actun
imper
cum l
gistra
& ad
offici
potest
citate
uslib
acqui
K